



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

LXI. Die Markgrafen Otto, Conrad und Heinrich machen der Stadt Stendal gewisse Zugeständnisse in Betreff des Verkaufs von Wein und Getreide, so wie der Pfändung des Viehes, am 1. Mai 1300.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

venient ad lobium ad consules proxima sexta tercia post hec et jurabunt hec premissa velle seruare, quemadmodum superius sunt conscripta. In huius siquidem donationis euidenciam ampliorem, presentem ipsis dedimus litteram, sigilli nostre ciuitatis munimine roboratam. Acta et data in annis domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, in die sancti Petri ad vincula, presentibus nobis Jordano vlamengero, Th. de Wegeleue, Arnolde de borch, Nicolao de scadewachten, hinrico de borken, hinrico de Jerchowe, willekino de bismarke, Bengero Stormone, henningo vlamenger, henningo de Infele, Nicolao de Sluden, Consulibus atque ceteris pluribus fide dignis.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathesarchives No. 34.

LXI. Die Marktgrafen Otto, Conrad und Heinrich machen der Stadt Stendal gewisse Zugeständnisse in Betreff des Verkaufs von Wein und Getreide, so wie der Pfändung des Viehes, am 1. Mai 1300.

Nos Otto, Conradus atque Hinricus, dei gracia Marchiones Brandenburgenses et de Landeberg, Notum esse cupimus uniuersis et tenore presentium publice protestamur, quod ad instancias atque preces dilectorum Burgenium nostrorum Stendaliensium, quorum vltibus intendere studebimus, admisisimus, vt quicumque siue Burgenis aut extraneus in nostra ciuitate Stendale (vina) adduxerit aut habuerit ad vendendum, ea particulariter ad ducillum vendere valeat libere atque licite absque taxatione (siue positione) consulum ciuitatis pro denariis placitis secundum propriam voluntatem, dummodo ciuitati tantum exsoluat, quantum consules cum discretioribus de ipsis (vinis) inter unum talentum et quinque solidos statuerint persolvendum. Volumus eciam atque mandamus ab uniuersis striccius observandum, ut in predicta ciuitate nostra Stendal omnia frumenta cum modis, qui Strikschepele vulgariter nuncupantur, deinceps mensurentur, preter avenam, que solummodo optinebit cumulum in mensura, et nulla genera frumentorum, quando mensurantur, pressuram ab aliquo patiantur. Volumus quoque prefatos nostros Burgenes ea persui libertate, ut si fortassis aliquis advocatorum vel officialium, aut famulorum nostrorum impignoraret pecora cuiusquam villani in rure, cum quibus ullus Burgenis Stendaliensis pecora haberet, qui hoc optineret coram consulibus suo iure, eadem pecora ad se proprietatis titulo pertinere et hoc consules veraciter testarentur, ex tunc sua pecora sibi debent restitui uniuersa. Preterea si Burgenis pecora cuiuscumque generis apponeret cum villano, et talis Burgenis moreretur, eadem pecora dividi debent secundum iuris ordinem ciuitatis. Pro predictis libertatibus uniuersis memorati Burgenes nostri nobis centum marcas Brandenburgenses argenti et dimidium plaustrum vini bono animo donaverunt. Actum et Datum Sandowe, in annis Domini Millesimo Trescentesimo, in die sanctorum Philippi et Jacobi Apostolorum, presentibus Domino Raven, nostro Dapifero, Domino Hermanno de Gardelege, Domino Henningo de Sydowe, Domino Hinrico de Stegeliz, Domino Gherardo de Kerkowe, Domino Nicolao de Buek, nostris militibus, et aliis pluribus fide dignis.

Nach dem Orig. des Stend. Rathesarchives No. 35. Wo wir hier nach dem Vorgange von Lenz die eingeschlossenen Worte vina und vinis gesetzt haben, sind diese Worte im Orig. also ausgedrückt, daß man die Schriftzüge nicht mehr deutlich erkennt. Die Worte siue positione sind ebenfalls rabirt, jedoch noch lesbar.